



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Seqvntvr Articvli Impii Bavaricae Inqvisitionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

812  
SEQVNTVR ARTI.  
CVLI IMPII BAVARICAE  
INQVISITIONIS.

P R I M A Q V A E S T I O.

- I. Quid sit Ecclesia sancta?
- II. Quae sint signa monstrantia Ecclesiam Dei?
- III. An sit visibilis Ecclesia?
- IV. An credant firmiter & sine dubitatione, & doceant quod sancta Romana & Catholica Ecclesia mandat credi & præcipit?
- V. An credant extra illam Ecclesiam nec salutem, nec remissionem peccatorum esse, & quod omnes, qui se scientes & volentes ab ea sciungunt, sine damnandi ut Hæretici & Schismatichi?
- VI. An credant Catholicam Ecclesiam apud hos esse, qui nunc aduerfanur Romanæ Ecclesiæ, & Episcopis, qui præsumunt ordinaria successione? An uero apud illos Christianos, qui nominantur Catholicæ, & retinent unitatem Ecclesiæ, obœdientes uini Romano Pontifici?
- VII. An credant sancta ecumenica Concilia in causis Fidei, quorum sententia postea ab uniuersa Ecclesia receperæ sunt, errato. Et an liceat decreta corum rursus in dubium vocare?
- VIII. An credant in sancta Catholica Ecclesia septem Sacra-  
menta esse, Et an credant ea esse efficacia & certa signa gratia?
- IX. An credant, quod vi consecrationis seu recitationis verbi diuini fiat in Missa transubstantiatio panis & vini in verum corpus & uerum sanguinem Christi, hoc modo, ut mox post consecrationem uera ac uiuifica caro, uerus item & uiuificus sanguis Christi una cum praesentia diuinitatis seu diuinæ naturæ filij Dei, tamen manente externa specie symbolorum panis & vini, ante & post sustionem, vere, integre, ac substantialiter alsit?
- X. An Sacramentum Altaris, quod ad usum ægrotorum & liorum Christi credentium reponitur ac reseruatur, credant tam non esse mysterium, significans beneficia Christi, non autem ita uenient revera ipsum corpus & sanguinem Christi?

Auct.

xii. An credant Christum in Sacramento Altaris uere præsentem suppliciter adorandum esse , quandocunque manu Sacerdotis hostia eleuatur, ostenditur aut porrigitur.

xiii. An detestentur vt idololatricum ritum , adorationem Sacramenti Altaris in repositorio aut in theatrica pompa circumflexionis ?

xiv. An credant verum corpus & sanguinem Christi , atque adeo totum Christum , sub utralibet specie Sacramenti contineri , ac proinde singulis Christianis , qui non sunt Sacerdotes , sub una specie exhiberi ?

xv. An credant hoc Sacramentum non conferre nec sumi ad remissionem peccatorum ?

xvi. An credant quod ad cauenda seu auertenda multiplicia pericula & scandala , pio consilio ac recte facta sint decreta in Concilijs Constantiensi & Basiliensi , non esse ullo modo impietatis nomine condemnandum morem sacrosanctæ Ecclesiae , quo Laicis admittitur una pars Sacramenti , sed tanquam pium ac licitum fideliter servandum ac retinendum , donec per decretum Catholicij Concilij generalis expresse permittatur Laicis usus integri Sacramenti ?

xvii. Quomodo intelligent hæc verba ? Hoc facite ad mei recordationem . Et , An hæc vox Christi mandantis vniuersaliter ad omnes Christianos pertineat ?

xviii. An in Missa sit facienda oblatio pro viuis & mortuis ?

xix. An consecratio Sacramenti valeat facta per non ordinatos ab Episcopis ?

xx. An credant , Tres esse partes pœnitentia : Contritionem , Confessionem , & Satisfactionem ?

xxi. An credant circumstantias peccatorum mortalium , ut sunt , mora , circumstantia temporis , circumstantia loci , affectata negligentia , &c. in confessione Sacramentali necessario enumerandas esse ?

xxii. An credant nostram satisfactionem & pœnitentiam prodesse , nec detrahere seu delogare quicquam merito ac satisfactioni Christi ?

xxiii. An credant in homine esse liberum arbitrium ?

- xxxii. An sola fide homo iustificetur?
- xxxiii. An credant, Bona opera facta in dilectione, effemorata vita æternæ?
- xxxv. An credant Sanctos, qui in celo uiuunt, honorandos, & inuocandos, & ab eis auxilium & intercessionem petendam esse?
- xxxvi. An credant animas hominum, qui deceperunt antequam satisfactionem integrum præstiterunt, & antequam integre purgati fuerūt, cruciari in purgatorio, & an eis opitulentur preces, Eleemosynæ & oblationes, quæ pro eis in Ecclesia sunt?
- xxxvii. An Coniugium omnibus hominibus sine discriminatione concessum sit?
- xxxviii. An approbent usum cereorum in Altari positorum ante Sacramentum? Adhæc, an venerationem Imaginæ & Statuarum, Item cineris & osium Diuorum approbent?
- xxxix. An consecrationes aquæ, herbarum & aliarum rerum, iuxta consuetudinem Catholicæ Ecclesiæ approbent?
- xxxx. An religiosas peregrinationes ad templo diuorum innocentibus esse piæ?
- xxxxi. An utanturunctionibus & consecrationibus olei?

## E X A M I N A T O R E S.

- Iohannes Cressanicus monachus, Concionator aulicus.
- Leonardus Abbas Furstenfeldensis.
- Sebastianus Schuueickhart Secretarius Baularicus.
- Stephanus Thrayner, Confiliarius.
- Iohannes Einckhirt, Quæstor Landeshutanus.

R E S P O S